



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum sit cognoscitua singularium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

vt causa in effectum, vel e contra, & similia, & sic non subiacet consilio, & prudentia, sed regulandus est secundum logicam, & efficaciam habet secundum lumen intellectus maius, vel minus. Boreff quoque referri speculationis actus ad hominem, qui speculari debet, & sic est voluntarius: & cadit sub consilio vel prudentia, an scilicet sit speculandum in tali materia, puta geometria, vel physica, an tali hora, & cetera. Et si recte inspiciamus ad supradicta, non est ipse speculationis actus, qui est materia proxima consilij, sed actus voluntatis, qui vocatur vii, quo uoluntas exercet actum ad speculandum, ita quod consilium sit, an intellectu utendum sit ad speculationem talis rei, tali hora, tanto tempore, &c. Et sic consilium est de usu, qui est actus appetitus, tanquam materia proxima, & de speculationis actu, tanquam materia remota, quia scilicet est materia usus, qui est materia consilij.

Lib. 1. c. 24. circa finem.

Lib. 6. c. 1. ad 5. & c. 12.

Lib. 6. c. 5. tomo 5.

Lib. 6. c. 5. in prin. tom. 5.

q. 45. art. 2. & 3.

Lib. 6. c. 5. & 9. tom. 5.

Ambrosio loco citato arg. Tullius in li. 2. de inuentione in fol. 4. ante lineam libri.

principaliter consistit in contemplatione: ergo prudentia. ¶ 2 Præ. * Ambrosio dicit in i. de Officiis. Prudentia in veri inuestigatione ueritatis, & scientia plenioris infundit cupiditatem: sed hoc pertinet ad rationem speculatiuam: ergo prudentia consistit etiam in ratione speculatiua.

¶ 3 Præ. In eadem parte animæ ponitur a Philosopho ars, & prudentia, ut patet in 6. * Ethico. sed ars non solum inuenitur practica, sed etiam speculatiua, ut patet in artibus liberalibus: ergo prudentia inuenitur practica, & speculatiua.

SED CONTRA est, quod * Philosopho dicit in 6. Ethic. quod prudentia est recta ratio agibiliu: sed hoc non pertinet nisi ad rationem practicam: ergo prudentia non est nisi in ratione practica.

RESPON. Dicendum, quod si cut * Philosopho dicit in 6. Ethicorum. Prudentis est bene posse consiliari. Consilium autem est de his, que sunt per nos agenda in ordine ad finem aliquem. Ratio autem eorum, que sunt agenda propter finem, est ratio practica. Vnde manifestum est, quod prudentia non consistit nisi in ratione practica.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut supra * dictum est, sapientia considerat causam altissimam simpliciter. Vnde consideratio causæ altissime in quolibet genere pertinet ad sapientiam in illo genere. In genere autem humanorum actuum, causa altissima est finis communis toti uitæ humanæ, & hunc finem intendit prudentia. Dicitur n. * Philosopho in 6. Ethic. quod sicut ille, qui ratiocinatur bene ad aliquem finem particularem, puta, ad uictoriã, dicitur esse prudens, non simpliciter, sed in hoc genere, scilicet in rebus bellicis, ita ille qui bene ratiocinatur ad totum bene uiuere, dicitur prudens simpliciter. Vnde manifestum est, quod prudentia est sapientia in rebus humanis, non autem sapientia simpliciter, quia non est circa causam altissimam simpliciter: est enim circa bonum humanum. Homo autem non est optimum eorum, que sunt. Et ideo significanter dicitur, quod prudentia est sapientia uiro, non autem sapientia simpliciter.

AD SECUNDUM dicendum, quod * Ambrosio & etiam Tullius nomine prudentis

prudentis, ad speculatiuos extendatur habitus, quia prudentia est eorum, que non sunt determinatas, ut in pluribus per determinatas proceduntur, ut speculatiui habitus, quasi aliqui habitus, ut uias, artis rationem induam, non autem

tie largius sumunt pro qualibet cognitione humana, tam speculatiua, quam practica. Quamuis dici possit, quod ipse actus speculationis rationis, secundum quod est uoluntarius, cadit sub electione, & consilio quantum ad suum exercitium, & per consequens cadit sub ordinatione prudentie: sed quantum ad suam speciem, prout comparatur ad obiectum, quod est uerum necessarium, non cadit sub consilio, nec sub prudentia.

AD TERTIUM dicendum, quod omnis applicatio rationis recte ad aliquid factibile pertinet ad artem: sed ad prudentiam non pertinet nisi applicatio rationis recte, & ad ea, de quibus est consilium, & huiusmodi sunt, in quibus non sunt uias determinate perueniendi ad finem, ut dicitur in 3. * Ethic. Quia ergo ratio speculatiua quadam facit, puta, syllogismum, propositionem, & alia huiusmodi, in quibus proceditur secundum certas, & determinatas uias, inde est, quod respectu horum potest saluari ratio artis, non autem ratio prudentie: & ideo inuenitur aliqua speculatiua ars, non autem aliqua prudentia.

ARTICULVS III.

Utrum prudentia sit cognoscibilis singularium.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod prudentia non sit cognoscibilis singularium. Prudentia enim est in ratione, ut dictum est: sed ratio est uniuersaliu, ut dicitur in 1. 7. Physic. ergo prudentia non est cognoscibilis, nisi uniuersaliu.

¶ 2 Præ. Singularia sunt in finitum, sed infinita non possunt comprehendere a ratione. Ergo prudentia, que est ratio recta, non est singularium.

¶ 3 Præ. Particularia per se sentium cognoscuntur: sed prudentia non est in sensu: multi enim habentes sensus exteriores perpicaces, non sunt prudentes. Ergo prudentia non est singularium.

SED CONTRA est, quod Philosopho dicit in 6. Ethic. quod prudentia non est uniuersaliu, sed oportet etiam singularia cognoscere.

RESPON. Dicendum, quod sicut in prædicto dicitur, ad prudentiam pertinet

epiens sic agendum pro republica, quibus non eueniat inueniens finis, aut impeditur actio, habet tamen actum praecepti ueritatem, optimum, & certum, ut pote consilium rationis, & appetitui rectis. Dicitur autem prouidentiae nomine, & proprie incertitudine euentus, & propter ocula nobis.

non solum consideratio rationis, sed etiam applicatio ad opus, quod est finis practicae rationis. Nullus autem potest conuenienter alteri aliquid applicare, nisi utrumque cognoscat. f. & id, quod applicandum est, & id, cui applicandum est. Operationes autem sunt in singularibus: & ideo necesse est quod prudens & cognoscat uniuersalia principia rationis, & cognoscat singularia, circa quae sunt operationes.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod ratio primo quidem & principaliter est uniuersalis: potest tamen uniuersales rationes ad particularia applicare. Vnde syllogismorum conclusiones non solum sunt uniuersales, sed etiam particularis: quia intellectus per quandam reflexionem se ad materiam extendit, ut dicitur in 3. de Anima.

AD SECVNDVM dicendum, quod quia infinitas singularium non potest ratione humana comprehendere, inde est quod sunt incertae prouidentiae nostrae, ut dicitur Sapientia 9. tunc per experientiam singularia in finita reducuntur ad aliquid quod finitum, quae ut in pluribus accidunt, quorum cognitio sufficit ad prudentiam humanam.

AD TERTIVM dicendum, quod sicut Philosophus dicit in 6. Ethic. prudentia non consistit in sensu exteriori, quo cognoscimus sensibilia propria, sed in sensu interiori, quod per se per memoriae, & per experimentum ad prompte iudicandum de particularibus expertis: non tamen ita, quod prudentia sit in sensu interiori sicut in subiecto principali, sed principaliter quidem est in ratione, per quandam autem applicationem pertingit ad huiusmodi sensum.

ARTICVLVS IIII.

Utrum prudentia sit uirtus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod prudentia non sit uirtus. Dicitur enim Augustinus in 1. de liberalibus, quod prudentia est appetitum, & uitarum rerum scientia: sed scientia contra uirtutem diuiditur, ut patet in praedicationibus: ergo prudentia non est uirtus.

¶ 2. Praet. Virtus non est uirtus, sed artis est uirtus, ut Philosophus dicit in 6. Ethic. ergo ars non est uirtus: sed in arte est prudentia: dicitur enim in 2. de Hiram, quod sciebat calare omnem sculpturam, & adinuenire prudenter quodcumque in opere necessarium est: ergo prudentia non est uirtus.

¶ 3. Praet. Nulla uirtus potest esse in moderata: sed prudentia est immoderata, alioquin frustra diceretur in Proverbia 23. c. Prudentiae tuae non modum. ergo prudentia non est uirtus.

derata, alioquin frustra diceretur in Proverbia 23. c. Prudentiae tuae non modum. ergo prudentia non est uirtus.

SED CONTRA est, quod Gregorius in 2. Moralium prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iustitiam dicit esse quatuor uirtutes.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, cum de uirtutibus in communi ageretur, uirtus est quae bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit. Bonum autem potest dici dupliciter. Vno modo materialiter pro eo quod est bonum: alio modo formaliter in rationem boni. Bonum autem, in quantum huiusmodi, est obiectum appetituae uirtutis: & ideo si qui habitus sunt, qui faciant rectam considerationem rationis non habito respectu ad rectitudinem appetitus, minus habent de ratione uirtutis, tamquam ordinantes ad bonum materialiter. id est ad id quod est bonum non sub ratione boni. Est autem habent de ratione uirtutis habitus illi, qui respiciunt rectitudinem appetitus: quia respiciunt bonum non solum materialiter, sed etiam formaliter. id est id quod est bonum sub ratione boni. Ad prudentiam autem pertinet, sicut dictum est, applicatio recte rationis ad opus, quod non fit sine appetitu recto. Et ideo prudentia non solum habet rationem uirtutis, quam habent aliae uirtutes intellectuales: sed et habet rationem uirtutis, quam habent aliae uirtutes morales, quibus etiam connumeratur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod Augustinus ibi large accepit scientiam pro qualibet recta ratione.

AD SECVNDVM dicendum, quod Philosophus dicit, artis esse uirtutem, quae non importat rectitudinem appetitus. Et ideo ad hoc, quod homo recte utatur arte, requiritur, quod habeat uirtutem, quae faciat rectitudinem appetitus. Prudentia autem non habet locum in his, quae sunt artis, tunc quae ars ordinatur ad aliquem particularem finem: tum quia ars habet determinatam media per quae peruenitur ad finem: dicitur tamen aliquis prudenter operari in his, quae sunt artis per similitudinem quadam. In quibusdam autem artibus propter incertitudinem eorum, quibus peruenitur ad finem, necessarium est consilium, sicut in medicinali, & in nauigatoria, ut dicitur in 3. Ethico.

AD TERTIVM dicendum, quod illud dictum Sapientis non est sic intelligendum, quod ipsa prudentia sit moderata, sed quia in prudentia est aliquis modus imponendus.

Secunda Secundae S. Thomae.

dentis est intellectus. ergo. Probatur minor. Actus prudentiae est cognoscere uniuersale & singulare, & applicare illud huic, ut patet. ergo est intellectus, aut cogitativa. Non enim potest esse duorum disparatorum, ut patet in 2. de Anima in processu inuestigatio sensus communis, ergo uel est cogitativa solius uentis intellectus, & hoc non, quia cogitativa non se extendit ad uniuersale: uel est intellectus solius, uel utriusque cogitativa, & habetur intentus, quod scilicet est principaliter in intellectu, in quo habitus ipse est subiectiue, & secundario in cogitativa, in qua est experimentalis habitus, reddens cogitativa habile ad cooperandum in intellectu in consilio, iudicando, & precipiendo de singularibus, ita quod in actus principaliter sunt intellectus, ministerialiter autem cogitativa: propter quod ministerium uidetur magis naturalis, & aetatem sequi prudentiam, quam scientiam, ut dicitur in 6. Ethic.

¶ Super quatuor uirtutes primae artis dicitur quartum.

IN articulo aduerte, quod prudentia pro quanto in sola cognitione consistit, habet communem rationem uirtutis intellectualis, quia scilicet est uerorum tantum, quia scilicet est uniuersali, quae ut in pluribus uera sunt, sed quia hoc non conuenit prudentiae secundum propriam rationem, quae ab aliis intellectualibus uirtutibus differt, quia scilicet praecipua est operis singularis, ideo habet specialem rationem uirtutis, quae est uirtus simpliciter, sicut uirtus moralis, & ex eadem radice, scilicet rectitudine appetitus.

¶ In responsione ad tertium concludit No uirtus, ergo ly prudentia, est casus genitiui. Argumentum autem procedebat ex casu datiuo.

¶ In articulo aduerte, quod prudentia pro quanto in sola cognitione consistit, habet communem rationem uirtutis intellectualis, quia scilicet est uerorum tantum, quia scilicet est uniuersali, quae ut in pluribus uera sunt, sed quia hoc non conuenit prudentiae secundum propriam rationem, quae ab aliis intellectualibus uirtutibus differt, quia scilicet praecipua est operis singularis, ideo habet specialem rationem uirtutis, quae est uirtus simpliciter, sicut uirtus moralis, & ex eadem radice, scilicet rectitudine appetitus.

¶ In responsione ad tertium concludit No uirtus, ergo ly prudentia, est casus genitiui. Argumentum autem procedebat ex casu datiuo.

P 2 ¶ Super